

que vox tametsi^(a) ad summam laudem tuam pertineat, tamen et conditionem nostrorum temporum notat, cum est in urbe raritas, in curia solitudo, apud omnes inopia, ac nimis quidem obsidemur undique, finitos hostes habemus, latrones pene intra urbem, qui vite fortunisque omnium insidentur. horum omnium que sit causa, tute mecum plane senties non esse aliam quam perniciosum hoc scisma quod est in Ecclesia Dei. et quoniam scio rem hanc tibi cordi esse, ut tecum doleam licebit, quando nec opera nec humano consilio succurri potest. quid est enim ut circiter vigesimo 10 anno in hoc errore volvamur, et duos habeat diversos fidelium Ecclesia pastores? non est sine exemplo huiuscemodi malum, nam et apud veteres secessionem aliquando factam scimus, et contendisse de summo pontificatu quosdam. verum nunquam ambitio prelatorum aut malignitas hominum tantum effecisse valuit ut tandem 15 error perseverarit, nisi forsitan de Grecorum scismate dicamus, cuius fructus cuius^(b) fuerint videmus. primum gravissimos in fide errores parturiit; deinde Maumethi sectam aut fecit aut adiuvit; postremo hoc effectit ut orientis Ecclesia prope nulla sit. talia, utnam falsus augur! talia, inquam, nunc timeo, si res ita perseveret. 20 quicquid enim ex pontificibus alter gesserit, damnatur ab altero, illeque se pro vero habendum existimabit, qui novi aliquid excogitaverit in fide, unde aut plus sapere aut melius sentire credatur. non est, qualis solet inter reges aut temporales principes, de potestate contentio, cum de dominio urbium, divitiis et multitudine 25 subditorum agitur, unde predas agi videmus et rapinas agrorum et tectorum incendia: crudelius est hoc bellum, quando regnum pontificum in animo est, et damna, quo minus videntur, eo graviora sunt. sed ne quidem temporalis belli ex hac ipsa causa immunes esse licet. iam enim per tot annos dira bella, Britonum semina^(c)⁽¹⁾, hostiliter imminent et ex devotorum Christifidelium

E quest'elogio, se sonnamente lo onora, condanna altresì la corruzione de' tempi presenti.

Di tali e tanti guai, come ei stessi riconosce, v'è una sola causa: lo scisma detestabile, contro di esso ogni soccorso umano riesce vano, da venti anni a questa parte.

Pur nel passato vi furono divisioni nella Chiesa e invasero pontefici rivali, ma non mai per si lungo tempo, se si eccettua lo scisma de' Greci, di cui il triste frutto fu da altri raccolto.

Piaccia a Dio che non succeda alcunché di simile adesso, dando luogo a novità in dottrina, a causa dell'emulazione dei contendenti.

Lo scisma, poi, è più funesto d'una guerra fra principi secolari,

anzì, n'è la cagione, come si vede dalle conseguenze delle guerre Britanniche, da cui niuno, nemmeno il

(a) *P Ra que vox tamen etsi* (b) *Combi mette cuius fructus qui fuerint* (c) *Codd.*
bella Britonum semina *PM c. 116 b in marg.: "Obscura sententia; ideo correxi [in
* simia]. Sed ita [semina] legitur utroque codice."* Forse: durant bella Brit. (et novorum) semina

(1) Lo stato del testo non ci consente di determinare se il Nostro allude alla cosiddetta guerra di cento anni tra l'Inghilterra e la Francia, guerra che poteva considerarsi terminata dalla tregua per ventotto anni, conchiusa nel